



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones  
Lectissimorvm Casvum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Absolutio ab hæresi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

12      *Absolutio ab hæresi.*

dicantes habent priuilegium sine illis absoluendi. Quod si detur petenti, sat is est dicere: *Ego te absoluo*, non exprimendo censuram, quia determinatur significatio per petitionem: secus verò si detur non petenti. *Suar.* & alij 4. *ibi.* ref. 23. & 31.

Vide *Censuræ.*

*Absolutio ab hæresi.*

1 **C**onfessarius virtute alicuius Iubilæi non potest ab hæresi occultâ absoluere pœnitentem, modò non sit purè mentalis: Sic habet stylus Curia Rom. & ita fuit à Gregorio XIII. declaratum. Suarez & alij 10. Contrarium tamen docent viri doctissimi. Fagund. & alij 10. p. 1. tr. 5. ref. 1.

2 Episcopos vigore Concilij Trident. posse ab hæresi occultâ absoluere, nec per bullas cœnæ illi potestati derogari, putant DD. multi, Granad. & alij 14. sed ego cum Sanchez & aliis 29. contrarium puto probabilius. *ibid* ref. 2. & p. 4. tr. 4 ref. 239.

3 Prælati Regulares non tantum sacerdtales absoluere non possunt ab hæresi occultâ, sed ne suos quidem subditos. Sanch. & alij. Nec de hoc iam dubitari

bitari potest ob decretum Sac. Cōgreg.  
et si contrarium doceat Suar. & alij.  
Potest tamen hæreticus Regularis, non  
solum ab Inquisitore absolutionem  
obtinere, sed ex licentiâ superioris, vel  
etiam cùm superior eam iniustè nega-  
ret, se subiicere Episcopo, & ab illo  
(iuxta sententiam DD. prioris partis §.  
super.) ab excommunicatione occultæ  
hærefoꝝ absolui. Molin. & Pontius p. 1.  
tr. 5. ref. 6. & p. 3. tract. 2. ref. 122. & p. 6.  
tr. 6. ref. 54. & tr. 7. ref. 63.

4 Inquisitores tamen saltem Inquisit.  
Hispan. possunt absoluere ab hæresi, nō  
solum in externo, sed etiam in foro  
conscientiæ; ita vt quilibet Inquisitor  
possit eam facultatem cuilibet Confes-  
sario impertiri. Sanchez & alij 16. p. 1.  
tr. 5. ref. 3 & p. 4. tr. 8. ref. 35.

5 Potest Episcopus committtere Con-  
fessario monasterij vt absoluat Monia-  
lem ab hæresi externâ, quia reseruatio  
non spectat ad illas quæ impeditæ sunt  
adire Sedem Apostolicam. Homobo-  
nus. p. 4. tr. 4. ref. 89.

6 Hæreticus occultus, qui non po-  
tuit ab Episcopo, seu Inquisitore obti-  
nere absolutionem, ad maiorem Pœni-  
tentiarium Romam mittat; potestque  
in-

14      *Absolutio ab hæresi.*

interim ad vitandam infamiam , aut scandalum , si Sacerdos est, celebrare; si autem laicus , Eucharistiam sumere, eliciendo prius actum contritionis. At si se id posse diffidit , confiteatur, & à Confessario absoluatur. Nauarr. & alij 3 p.1.tr.5 resol.4.

7 Si quis committat crima spectantia ad tribunal S.Inquisitionis , modò non habeat errorem in intellectu, poterit à quocumque Confessario virtute Bullæ Cruciatæ absolvi; hæc enim Bulla solam excipit hæresim. Suarez & alij 6.Idemque posse Regulares visuorum priuilegiorum docent Portel & Freitas : cùm enim possint absoluere à reseruatis Sedi Apostolicæ , quidni poterunt à reseruatis inferiori Tribunalis. Ego tamen nihil definio. *ibid. ref.7. & 8.*

*Absolutio moribundi.*

1 **M**oribundus qui nutibus tantum petit à Confessario absolutiōnem, est absoluendus. Neque enim Deus à nobis exigit aliam confessionem, quam quæ nobis hîc & nunc possibilis est. Suarez & alij 16.p.3.tr.3.ref.1.

2 Moribundus qui vsu sensuum amisso edit pœnitentiæ signa, est absoluendus